

de/positum faciendum nichilominus compellentes et iniurias / alias inferentes eisdem, quas duobus milibus marcharum argenti / contra vos proponitur extimasse. Verum, cum nobis instanter / proponi fecerit quod predictas sententias, propter quas condemnatus / extitit, defendisse coram .. fuerit protestatus et super / eis voluerit stare iuri, miramur plurimum et q[...], pecunia / predictarum condemnationum vestre camere applicata et predicta sententia / et processibus contra predictos habitis, paratum se defendere / asserebat, ad exactionem pecunie dictarum sententiarum sic [i]n/consulte venistis, cum, et / si alias non possent per predictum dominum / L. de iure defendi, possent tamen eo casse et inrite nun/tiari quia per scindicos non fuerunt infra eiusdem tempora promul/gata. Eapropter vos attente requirimus et rogamus quatenus ad restitu/tionem predictae pecunie et emendationem<sup>c)</sup> dampnorum et iniuriarum predictarum / eidem domino L. per vos illatarum sic sollicitate intendatis / quod contra vos omnes ex hoc non habeamus, sed possimus vos de satis/factione gratuita merito commendare. Alioquin, si infra X dies / post presentationem presentium vobis factam neglexeritis facere cum effectu / eidem domino L., sacrosancte Romane Ecclesie fidelissimo et devoto, / in tota provincia ducatus Spoleti nobis decreta, contra v[o]s / et cives vestros represalias concedemus. Has autem *etc.* /

## 102.

*Jemand befiehlt dem Empfänger, eine Kommune zur Freilassung von Gefangenen der guelfischen Partei zu bewegen.*

*Hs. fol. 20<sup>r</sup>.*

Cunctis sub carceris — aliud remedium adhibere. //

*Identisch mit Batzer, Richard von Pofi S. 47 Nr. 54.*

## 103.

*(Ein Rektor des Kirchenstaats) verbietet dem Podestà und anderen Beamten einer Kommune seiner Provinz, irgendetwas gegen einen des Totschlags beschuldigten, von ihnen verhafteten A. oder dessen Verwandte zu unternehmen, solange die Berufung des A. bei seinem Gericht anhängig ist.*

*Hs. fol. 20<sup>v</sup>.*

P[r]o parte .. de terra vestra fuit expositum / coram nobis, quod vos

<sup>c)</sup> emendatione *Hs.*